



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE ||  
IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV.||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Confirmatur à Iulio III. Societas. Cap. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

**D**OCTHæc, Paulus III. Pontifex maximus, senio curisque confectus, è vita migravit, comitiaque nouo creando Pontifici, in magna studiorum ac voluntati varietate in aliquot menses ex tracta sunt. Quo ipso tempore cū Vrbs, vt in diuturno interregno, annonę dif-  
ficultate vehementissimè laboraret, nostrisque numero  
in dies auctis, extrema fames adesse videretur; Ignatius  
cum aliorum, tum præcipue sacri Collegij Cardinalium  
eximiam in se suosque benitatem expertus est, quip-  
pe in summis occupationibus Patres augustos pia no-  
itorum hominum recordatio subiit: communique  
consilio ad eorum inopiam subleuandam non leuis pe-  
culante summa ex ipso Conclavi transmissa est: enixè in  
quam fauente atque adiuuante Rodulpho Pio Carpen-  
ti quem Ignatius iam ante sibi sociisque patronum ac  
protectorem, vt appellant, è summi Pontificis auctorita  
te delegerat. Ac rebus diu multumque agitatis, Pontifex  
enique declaratur Iulius eo nomine tertius, qui quod  
in Synodo Tridentina Legatus Fabrum, Lainem, & Sal-  
monem Theologos Apostolicos familiariter nouerat,  
multaque tum ex ijs, tum ex alijs de Societatis instituto  
dicerat; Ignatio supplicant multa in societatis incre-  
mentum ac rem, admodum liberaliter tribuit; nec enim  
solus prioris Pontificis de ordine nostro iudicia & acta  
firma rataque voluit esse; verum etiam cumdem or-  
dinem nouis insuper ipse testimonijs atque  
decretis ornauit. Cuius rei publica di-  
plomata exstant verbis ampli-  
simis.